Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26251
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Dormite iam & requiescite. ecce adpp̃inq̃bit
hora. & filius hominis tradetur in manus peccatorum.
Surgite eamus. ecce adpp̃inq̃bit qui me tradit.
Intelligamus quia cum dixisset discipulis suis ut
dormirent & requiescerent aliquantulum tacuisse
ut impleret quod dixit. & inde diceret. Surgite eamus, Ad huc illo loquente. ecce iudas
unus de duodecim uenit unus non merito s, numero
sicut supra dns dixit. Nonne uos duodecim elegi.
& unus ex uobis diabolus est. Qui autem tradidit illum
dedit eis signum dicens. quicumq; osculatus fue-
ro ipse est tenete eum. Infelix iudas estimans
dnm signa quae fecerat magicis artibus patrasse.
recolens eum transfiguratum fuisse in monte
coram tribus discipulis estimans eum in hora conp̃
hensionis suae similiter in aliam similitudinem
mutari. ideo dat signum persecutoribus suis ut
quemcumq; oscularetur ipsum conp̃henderent.
estimans dnm persecutores suos eludere. & in
aliam se formam transfigurare. & efestim accedens